



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

18 Vtrum illi qui spiritualibus operibus vacant, excusentur a labore
manuum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

magis tangit religiosos quam alios, & hoc dupliciter. Primo, quia religiosi in paupertate viuunt, unde facilius potest eis accidere quod non habeant unde viuunt, quam aliis secularibus. Secundo, ex statuto regulae in aliquibus ordinibus. Unde dicit Hieronimus in epistola ad Rusticum monachum: Aegyptiorum monasteria hunc tenent morem, ut nullum absque opere & labore suscipiant, non tam propter victus necessaria, quam propter anime salutem, ne vagetur pernitiosis cogitationibus, sicut etiam ad vigilias & alia quibus domatur corpus, tenentur quandoque religiosi ex statutis suis, ad quae seculares non tenentur.

Ad quintum dicendum, quod quamuis usus liberalium artium sit nobilior, non tamen ita est necessarius ad vitam corporis sustentandam. Et praeterea sub operatione manuum comprehenditur, sicut ex dictis patet &c.

ARTICVLVS XVII.

Utrum illi qui spiritualibus operibus uacant, excusentur a labore manuum.

32. q. 187. ar. 1. o.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quod illi qui spiritualibus operibus uacant, non excusantur a labore manuum. enim ad Theol. 3. sup illud. Si quis non uult operari, non manducet, dicit gl. Aug. Dicunt quidam de operibus spiritualibus hoc Apostolum praecipisse, & postea subdit. Sed si persue conantur & sibi, & ceteris caliginem obducere, ut quod charitas utiliter monet, non solum facere nolint, sed nec intelligere: & ita uidetur quod per spiritualia opera a labore manuum non excusentur.

¶ 2. Prae. Inter omnia spiritualia maxima sunt oratio, lectio, & praedicatio: sed per ista opera non excusantur aliqui a labore manuali. ergo &c. Probatio media. Aug. dicit in libro de operibus monachorum. Quid agant, qui operari corporaliter non lunt, seire desidero &c. uacant orationibus inquit, & lectionibus, & uerbo Dei. & postea subdit. Sed si ab his amouendi non sumus, nec manducandum est, nec est preparandum. Si autem ab ista uacare seruos Dei certis interuallis temporum infirmitatis necessitas cogit, cur etiam non praecipis apostolicis obseruandis aliquas partes temporum deputamus? Et quantum ad orationes dicit. Citius exauditur una obedientis oratio, quam decem milia contemnentis. Quantum uero ad psallentes, subdit. Cantica diuina cantare, etiam manibus operantes facile possunt, & ipsam laborem diuino tamquam celeumate consolari. Quantum uero ad legentes subdit. Qui autem dicunt se lectioni uacare, nonne illic inueniunt quod praecipit Apostolus? Quare est ergo ista peruersitas, lectioni non obtemperare, dum uult ei uacare? Quis enim nesciat tanto canto quemcumque proficere cum bona legit, quoadus, citius facit quod legit? Quantum uero ad praedicatores subiungit. Si autem alicui sermo est erigitus, & ita se occupat ut manibus operari non uacet, numquid omnes possunt in monasterio uenientibus ad se uel diuinas lectiones exponere, uel de aliquibus disputationibus salubriter disputare? Quando ergo non omnes possunt, cur sub hoc obrentui omnes uacare uolunt? Quamquam & si omnes possent, uicissitudinem facere deberent, & non solum ut ceteri a necessariis actibus occuparentur, sed quia sufficit ut pluribus audientibus unus loquatur.

¶ 3. Prae. Clerici maxime operibus spiritualibus occupantur: sed ipsi tenentur ad laborem manuum, ergo &c. Probatio media. Distinctio. Clericus uicium, aut uicium sibi artificum, uel agricolura, absque officii sui detrimento, praeparat. Item in alio capitulo. Clericus qui uerbo Dei creditur, est, artificum uicium querat. Idem, Omnes clerici, qui ad operandum ualidi sunt & artificia, & literas discant. ¶ 4. Prae. Religiosi qui omnia reliquerunt, maxime operibus spiritualibus uacant: sed tales tenentur ad manuum laborem, ergo &c. Probatio media. Luc. 12. Vendite quae possidetis, & uenite ad me, & uos facite uos uos, & ceteris pauperibus, sed etiam uolite possidere uos, ut omnibus uos uos. ¶ 5. Prae. Decretum dicit distinctio 22. quod ille est haereticus, qui facit contra statutum ecclesiae Romanae: sed illi qui mendicant non laborant propriis manibus, faciunt contra statutum Galat. 3. 22. quod uidentes summi sacerdotes & ceteri de ecclesia statuit, quod inter eos qui communi uoce uocantur, nullus egenus inueniatur, ergo religiosi propter opera spiritualia non excusantur a labore manuum: immo si mendicant, sunt haeretici. ¶ 6. Prae. Ille qui se exponit periculo mortis, peccat quasi tentans Deum, sicut si quis uideret ursu uenire, & deponeret arma quibus posset se defendere, & non laborat manibus, abiecit a se necessaria uicium, quibus reficitur consumptioni quae fit in corpore, ergo naturaliter ergo talis peccat quasi tentans Deum. ¶ 7. Prae. Ad Phil. 3. dicit. Apo. Imitatores mei estote fratres: sed ipse quamuis praedicaret, & operibus spiritualibus uacaret, nihilominus opere manuum uicium querebat, 2. ad Theol. 3. Ipse scitis quem modum & uos oportet imitari nos, quoniam non inquitur sumus apud uos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem uestrum grauatumus ego &c. ¶ 8. Prae. Gen. 23. sup illud. Confirmatus est ager dicit glo. quod perfectus praedicator animam suam abscindit sub bonae operationis & contemplationis regimine, ita & illi qui operibus spiritualibus insistant per contemplationem, debent etiam operibus exterioribus uacare per actionem, & sic opera spiritualia non excusant a labore manuum. SED CONTRA. Luc. 9. Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, dicit gl. Dominus docet minor bona pro maioribus esse dimittenda: sed opera spiritualia sunt maiora bona quam opera manualia, ergo debet haec praetermittere propter illa. ¶ 2. Prae. Opera pietatis sunt potiora, quam exercitia corporalia, 1. ad Tim. 4. Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia ualeat: sed opera misericordiae, & pietatis sunt diuina, & uacatur praedicationi, Actuum 6. Non estandum nos relinquere uerbum Dei &c. Luc. 9. Si ne mortuos sepelire mortuos suos: tu autem uacat, & annuntia regnum Dei, ergo multo fortius propter praedicationem, & alia opera spiritualia est dimittendum opus manuale, & alia quae ad exercitiationem pertinent corporalem. ¶ 3. Prae. 2. ad Timotheum 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, glo. Illa sunt secularia negotia, quibus animus occupatur, collige.

de pecunie cura: sed qui operantur manib. hēnt curam de colligenda pecunia. ergo implicatur ne gorijs secularibus, & ita illi qui militant Deo in spiritalibus operibus, non debent operib. manuum occupari.

art. 17. c. & 20. g. 10.

RESPON. Dicendum, quod veritas huius questionis apparet ex his, quae in superiori questione sunt dicta. Distum est enim supra, quod illi tantum obligantur ad observationem huius precepti. de opere manuum, qui non habent alias unde licite uiuere possint: & ideo qui spiritalia opera exercent, & possunt alias licite uiuere quam de labore manuum, non tenentur manibus laborare. Vnde distinguendum uidetur de operibus spiritalibus. Sunt enim quaedam bona spiritalia quae in bonum commune cedunt, quaedam uero quae ad singularem profectum facientis pertinent. Eis autem qui in spiritalibus operibus occupantur ad utilitatem communem pertinentibus debet prouideri de his, quorum utilitati deseruiunt, quod patet per auctoritatem i. ad Corin. 9. Si nos uobis spiritalia seminamus, magnum est si carnalia uestra metamus. Hoc etiā patet per rationem, quia utilitas spiritalis praefertur corporali. Eis autem qui utilitati communi deseruiunt, in temporalibus debetur sustentatio ex proprio labore, quo utilitati communi deseruiunt: sicut patet de militibus, qui pro pace reipublicae militant, unde i. Cor. 9. Quis militat suis stipendijs umquam? Vnde multo magis qui in spiritalibus bonum promouent, in tali ministerio sustentari possunt, & sic non tenentur manibus laborare. Sūt autem quatuor opera spiritalia, quibus communis utilitas promouetur, & ex hoc eis stipendia debentur. Primum est occupatio in iudicijs ecclesiasticis exequendis. Dicitur enim ad Roman. 13. de potestate seculari, quae iudicium seculare exercet. Ideo & tributa praestatis scilicet iudicibus: ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes uobis. Et propter hoc Aug. dicit in lib. de operibus monachorum, quod debent manuum operibus insistere illi dūtaxat, qui ab ecclesiasticis occupationibus uacant, unde & se excusant a labore manuum propter iudicia ecclesiastica, quibus occupabatur, dicens. Quamquam dicere possumus, Quis militat suis stipendijs umquam & car. tamen Dominum nostrum Iesum Christum testem in uoco sup. animam meam, quoniam quantum ad meum attinet commodum, multo mallē per singulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monasteriis constitutum est, aliquid operari manibus, & certas horas habere ad orandum & legendum, aut aliquid de diuinis literis agendum liberis, quam tumultuosissimas perplexitates aliarum causarum pari de negotijs secularibus, uel iudicando dirimendis, uel interueniendo precipiendis. Secundum opus spiritalis, quod in bonum commune redundat, est opus praedicationis, quo fructus animarū in populo procreatur: & ideo, ut dī i. ad Cor. 9. Dominus ordinauit his, qui euangelium annuntiant, de euangelio uiuere. Nec debet hoc referri rātum ad illos qui habent auctoritatem praedicationis, sicut sunt praetati, sed etiam ad eos qui qualitercumque licite praedicant ex commissione praetatorum: quia stipendia non debentur potestati, sed operi & labori, ut dī 2. ad Timoth. 2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. glo. f. praedicatorum qui in agro ecclesiae lectione uerbi excollit corda auditorum: nec tantum illi qui praedicant, possunt de euangelio uiuere, sed etiam illi

A qui eis ministrant ad hoc officium cooperantes, quod patet ad Roma. 15. Si spiritalium participes facti sunt gentiles, debent etiam in carnalibus ministrare eis, gl. eorum. f. Iudaeorum, qui miserunt praedicatorum ab Hierosolymis. Vnde etiam illi qui praedicatorum mittunt, possunt de fructu euangelij uiuere. Tertium opus spiritalis quod cedit in bonum cōe, sunt orationes, quae sunt in horis canonicis ad salutem ecclesiae, ut auertatur ira Dei a populo, Ezech. 13. Non opposuistis nos murum pro domo Israel, ut staretis in praedio in die dñi. gl. Praedicatorum, & diuinae sententiae resistentes. Et ideo dicitur i. ad Cor. 9. quod qui altario deseruiunt, cū altario participant, & de his duobus operibus dicit Aug. in li. de operibus monachorum. Si euangelij stae sunt, fateor habent potestatem. f. uiuendi de stipendijs fidelium, quia de hoc loquitur. Si ministri altaris, dispensatores sacramentorum sunt: unde sibi istam non arrogant, sed uedicant potestatem. Quartum opus spiritalis quod redundat in bonum commune, est elucidatio sacrae scripturae. Qui. n. elucidationi sacrae scripturae uacant ad alios instruendum, possunt de hoc opere spiritali uiuere i. ad Tim. 5. Qui bene praesunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime autem qui laborant in uerbo & doctrina. gl. Ut eis spiritaliter obediant, & exteriora ministrent. Qui laborant in uerbo: gl. in exhortatione scientium, & doctrina nescientium, & hoc et planius dicit Hiero. ad Vigilantium. Haec in Iudaea usque hodie perseverat consuetudo non solum apud nos, sed etiam apud Hebraeos, ut qui in lege domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra nisi solum Deum, synagogarum totius orbis foueantur ministerijs. Patet ergo quod illi qui praedictis operibus spiritalibus uacant, non tenentur manibus laborare. De his autem qui uacant spiritalibus, quae non directe in bonum commune redundant, sed in bonum faciēdis, sicut sunt orationes priuatae, ieiunia, & huiusmodi, distinguendum est, quia aut illi qui in religione istis operibus occupantur, habent in saeculo unde uiuerent sine labore manuum, aut non. Si sic, tales cum ad religionem ueniunt, non tenentur manibus laborare: unde Augustinus in libro de operibus monachorum. Si habebat aliquid in hoc saeculo, quo facile sine opificio sustentarent uitam suam, quod conuersi ad Deum indigentibus dispersiti sunt, & credenda eorum infirmitas & ferenda. Solent. n. tales languidius educati laborem corporalem sustinere non posse. Si autem in saeculo opifices fuerint de labore manuum uiuentes, tunc ex duplici causa uenientes ad religionem possunt laborem manuum intermittere. Vno modo ex pigritia operandi uolentes in otio uiuere, & tales peccant, & hoc est quod dicit Augustinus in praedicto libro. Plerumque ueniunt ad professionem seruitutis Dei & ex professione serui, & uita rusticana, & ex opificio exercitatione & plebeio labore, & postea subdit. Tales ergo secundum quod minus operantur, de infirmitate corporis excusari non possunt: praeterea quod per uitae consuetudine conuincuntur, & interponit. Non. n. apparet, utrum ex proposito seruitutis Dei uenerint, an uitam inopem & laboriosam fugientes. Alio modo, intermittit aliquis opus manuale ex intentione diuini amoris, quoad opus contemplationis quasi continue eleuatur: tales cum spiritu Dei agantur, non peccant, quia ubi spiritus domini, ibi libertas. Vnde Gregorius dicit super Ezechielem. Contemplatiua uita est charitatem Dei & pxi-

Quodlib. S. Tho. G 3 mi

mi toto corde retinere ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditoris inherere, ut nihil iam agere libeat, & hoc idem habetur in quadam gl. Gene. 23. Confirmatus est ager &c. Contemplativa uita a cunctis actionibus funditus diuidit. & hoc est quod habetur Matthæi 6. in gl. super illud. Considerate uolatilia cæli &c. Sancti uiri uibus comparantur, quia cælum petunt, & quidem ita re moti sunt a mundo, ut iam in terris nihil agant, nihil laborent, sed sola contemplatione iam in cælo degunt.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod glossa illa sumitur ab Aug. ubi de operibus monachorum, qui librum illum scripsit contra quosdam monachos, qui dicebant quod non licebat seruis Dei manibus laborare, & hoc quod dicit Apostolus, Qui non uult operari, non manducet, exponebant de opere spirituali, quam positionem Au. in li. illo multipliciter improbat. Vnde dicendum est, quod illud Apostoli. Qui non uult operari, non manducet &c. de opere manuali intelligitur, non tamen sequitur quod huiusmodi impletionem præcepti omnes teneantur: ipse enim non tenebatur, unde præmisit, non quasi non habuerimus potestatem, scilicet, sumptus accipendi & uiuendi sine labore manuum. Vnde patet, quod glossa illa non est ad propositum.

Ad SECVNDVM dicendum, quod in omnibus operibus que tangit obiectio, distinguendum est, quia uel possunt esse quasi publica opera, uel priuata. Loquitur autem Augustinus de illis operibus spiritualibus, secundum quod sunt opera priuata. Intelligit. n. de orationibus & canticis priuatis, non de his que in ecclesia solemniter celebrantur, quod patet ex hoc quod dicit, quod possunt simul qui manibus operantur, diuina cantica cantare, quod non esset conueniens, si de horis canonicis intelligeretur. Similiter quod dicit de lectionibus, loquitur de illis qui uacant lectioni ad consolationem propriam raptum, sicut in monasteriis monachi faciunt, non autem de illis quorum uita studio scripturarum deputatur ad suam, & aliorum instructionem. Non est enim dubium quod per laborem manuum studium impediretur. Similiter quod dicit de prædicatione, intelligendum est de illis qui non publice prædicant, sed aliqua uerba edificatoria hominibus ad se uenientibus loquuntur, sicut sancti patres in eremo facere consueuerunt, & hoc patet ex ipsis uerbis supra inductis, unde et dicit. Si sermo erogandus est &c. quia ut dicit gl. 1. Corin. 2. super illud. Sermo meus, & prædicationis mea, sermo est qui priuatim fiebat, sed prædicationis que fiebat in communi.

Ad TERTIVM dicendum, quod decretum loquitur de illis clericis, quibus non sufficiunt oblationes & elemosynæ, que eis a fidelibus fiunt, uel ecclesie facultates. Eadem enim ratio est de illis qui uiuunt de facultatibus ecclesie, & de illis qui uiuunt particulariter de elemosynis, quia facultates ecclesie elemosynæ sunt, & ad sustentationem pauperum dantur. Vnde dicit gl. super illud Isaiæ 3. Et rapina pauperis in domo uestra. In domibus principum rapina pauperum est, dum ecclesie opes sibi thesaurizant, & in deliciis abutuntur, que ad sustentationem pauperum dantur. & de hoc habetur 12. q. 1. propter quod etiam dicitur 3. q. 2. Sacerdos. Quod sacerdos cui dispensationis cura commissa est, cum laude pietatis accipit a populo dispensanda, & si deliter dispensat accepta, quia omnia sua aut reliquit parentibus, aut distribuit pauperibus, aut ecclesie rebus adiunxit, & se in numero pauperum

paupertatis amoris confirmat, ut unde pauperibus subministrat, inde & ipse tamquam pauper uoluntarius uiuat. Et sic patet, quod clerici qui de ecclesie rebus uiuunt, eandem rationem uiuendi eis habent, sicut illi qui facultatibus carentes de elemosynis sibi datis uiuunt.

Ad III. dicendum, quod glossa illa non imponit necessitatem his qui sua relinquunt, ut manibus operentur, sed ostendit quod dam bonum quod a facere possunt qui sua relinquunt, ut. sex manuum labore acquirant, unde sibi provideant, & elemosynas aliis faciatur: nec tamen per hoc excluditur quin et bene faciat, si manibus non laborantes spiritualibus elemosynis vacent, que sunt corporalibus potiores.

Ad V. dicendum, quod illius rationis prima falsitas est. Non enim qui facit contra statutum Pape est hereticus, nisi forte credat Papam non esse obediendum, unde in eandem doctrinam legitur ab ipso summo otium ecclesiam capite traditum auferre conatur, proculdubio in hæresim labuntur: priuilegium autem prædictum consistit in hoc, quod ei debet ab omnibus christianis obediri. Similiter et minor est falsitas: non enim est contra statutum ecclesie, quod aliquis mendicet, uel se in statu egestatis ponat: sed hoc est contra statutum ecclesie, si ab eis qui facultates ecclesie possident, eorum necessitatibus non prouidetur. Vnde hæc sunt uerba capituli inducti. Ex quibus. rebus ecclesie episcopi & dispensatores earum, omnibus communi uita degere uolentibus ministrare cuncta necessaria debent, prout melius poterunt, ut nemo in eis egegens inueniatur.

Ad VI. dicendum, quod illi qui relinquunt omnia, nihil sibi reseruantes, nec manibus operantes, non propter hoc discernuntur se exponunt: quia deuotio fidelium tanta probabiliter assumitur, & experimento discitur, quod eis in necessariis prouideret. Nec et terret Deum, quia ipse promittit monendo corda aliorum eis in necessitatibus prouidere, ut patet Matt. 6. & quedam gl. dicit Luc. 8. Tanta prædicatori det esse fiducia in Deo, ut præsentis uitæ sumptus, & si non prouideat, sibi tamen non deuitura certissime sciat, nedum occupat mens ad spalia, minus prædicet æterna. Similiter, si aliquis esset inter armatos quod defunderet, & aliqua causa arma deponeret, non terretur Deus: si autem esset solus, uideret terretur Deum, nisi forte interiori inspiratione securus esset de diuino auxilio, sicut beatus Martinus dixit. Ego signo crucis non clypeo protectus aut galea hostium circumneopentrabam securus. Similiter uideretur esse Dei tentatio, si aliquis inter fideles, uel homines inhospitalales de necessariis victus sibi non prouideret. Vnde dicit gl. Lucæ 22. super illud. Qui habet sacculum tollat &c. In hoc nobis datur exemplum, ut nonnumquam causa instante quedam de nostri propositi rigore sine culpa intermittere possimus. uerbi gratia: Si per inhospitalales regiones iter agimus, plura uaticata licet portare, quam domi habeamus: & tamen in deserto aliqui sine labore manuum sustentati sunt pane diuinitus missio, ut in uitis patris legitur. sed priuilegia paucorum non faciunt legem communem.

Ad VII. dicendum, quod hoc quod Apostolus laborauit, cum posset de euangelio uiuere, fuit supererogationis, ut patet 1. ad Cor. 9. & ideo alii prædicatores non tenentur eum in hoc imitari. Sciendum tamen quod prædicator aliquando bene faceret, non accipiendo sumptus ab his quibus prædicat, sed de labore manuum uiuendo, in casibus, sicut, in quibus Apostolus

stolus laborabat, ne scandalizaret eos quibus prædicabat, qui propter auaritiam dare sumptus grauantur, & hanc causam ponit secunda ad Theofaloni. tercio. Nocte ac die laborantes, ne quem uestrum grauaremus. Item, ut suo exemplo alii ab otio retraherentur: unde ibidem subdit. Non quasi nos non habuerimus potestatem, sed ut noimur ipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Item, ad reprimendum rapacitatem pseudoapostolorum. Vnde dicit secunda ad Corinth. vñ. decimo. Quod autem facio, & faciam, ut amputè occasione eorum qui uolunt occasionem, ut in quo gloriantur, tales inueniantur sicut & nos. Aliquando autem male facerent prædicatores, si laboribus manuum se implicarent, si scilicet, per laborem a prædicatione retraherentur. Vnde dicit gloss. Luca decimo octauo. Cauendum est prædicatori, ne dum occupatur mens ad temporalia, minus prædicet æterna. Ideo dicit August. in supra dicto libro, quod Apostolus dum esset Athenis, ubi oportebat eum quotidie predicare, non operabatur manibus, quod postea fecit ueniens Corinthum, ubi Iudeis prædicabat solo die sabathi. Prædicatoribus. n. non solum necessarium est ut habeant tempus liberum ab occupationibus, in quo prædicent, sed etiam in quo studeant, cū non habeat scientiam ex infusione, sicut Apostoli, sed continuo studio. Vnde dicit Grego. in pastorali expones illud Exodi 25. Vestes semper erunt in circulis &c. Vestes, inquit, semper erunt in circulis, quia nimirum necesse est ut qui ad officium prædicationis excubant, a sacræ lectionis studio non recedant.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ per actionem intelligitur ibi non solum opus manuale, sed oīa quæ ad actiuam uitam pertinent. Sollicitudo autem quæ exhibetur a prædicatoribus circa eos qui prædicant, ad actiuam uitam pertinet.

Rationes in contrarium concedo, tamen ultima inducitur præter intentionem. Gloſa. n. dicit, factularia negotia esse quæ sunt causa pecunie colligende sine opere manuali, ut per merationem, & huiusmodi, a quibus se debent serui Dei penitus abstinere.

Finis septimi quodlibeti.

INCIPIT QVODLIBET OCTAVVM.

QVÆSTIO PRIMA.

- Q**VÆSTIO nostra circa tria uersatur. **E**
- ¶ Primo, Circa ea quæ pertinent ad naturam.
 - ¶ Secundo, Circa ea quæ pertinent ad culpam & gratiam.
 - ¶ Tertio, Circa ea quæ pertinent ad pœnam, uel gloriam.
- ¶ Circa primum quærebatur.
- ¶ Primo, De pertinentibus ad naturam creatam.
 - ¶ Secundo, De pertinentibus ad naturam increatam.
 - ¶ Circa naturam increatam duo quærebantur.
 - ¶ Primo, An senarius numerus, secundum quem oēs creaturæ dicuntur esse perfectæ, sit creator, uel creatura.
 - ¶ Secundo, De rationib. idealibus, quæ sunt in mē

A te diuina, utrum per prius respiciunt exemplata. f. creaturas ratione suæ singularitatis, uel ratione naturæ specificæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum senarius prædictus sit creator.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod senarius prædictus sit creator. Remota. n. oī creatura, perfectio nō remanet nisi in creatore; sed remota omni creatura facta in operibus sex dierū, remanet perfectio in numero senario. Vnde dicit Aug. 4. super Genesim ad literā. Itaque si ista nō essent. f. opera sex dierum, perfectus ille esset. f. senarius; nisi autem ille perfectus esset, ista f. m. eum, p̄fecta non fierent. ergo senarius numerus est creator.

Sed dicebat, quod Augustinus loquitur de senario quantum ad ideam senarii, quæ est in mente diuina. Contra. Sicut remotis omnibus creaturis remanet perfectio in idea senarii numeri, ita remanet idea lapidis in mente diuina. ergo in hoc non haberet senarius numerus aliquam p̄minentiam ad lapidem, quod tamen uidetur esse cōtra intentionem Augustini.

¶ 2. Præter illud quod est permanētius oī creatura, nō est creatum, sed creator: senarius autem numerus est permanentior cælo & terra, quæ tamen uidentur esse permanentissima creaturæ, unde Augustinus dicit 4. super Gene. ad literam. Facilius est cælum & terram transire, quæ secundum senarium numerum fabricata sunt, quam effici posse ut senarius numerus non suis partibus compleatur. ergo senarius non est creatura, sed creator.

SED CONTRA. Creaturis perfectio non consistit ex partibus, nec est in eo aliquid habens partes: sed sicut dicit Aug. in eodem li. Inuenimus senarium numerum esse perfectum ea ratione quod suis partibus compleatur. ergo senarius numerus non est creator, sed creatura.

RESPON. Dicendum, quod secundum Auic. in sua metaphysica, triplex est alicuius naturæ cōsideratio. Vna, prout consideratur secundum esse quod habet in singularibus, sicut natura lapidis in hoc lapide, & in illo lapide. Alia uero est consideratio alicuius naturæ secundum esse suum intelligibile, sicut natura lapidis consideratur prout est in intellectu. Tertia uero est consideratio naturæ absoluta prout abstrahit ab utroque esse, secundum quam considerationem consideratur natura lapidis, uel cuiuscumque alterius, quantum ad ea tantum quæ per se cōpetunt tali naturæ. Harum quidem trium considerationum due semper uniformiter eundem ordinem seruant. Prior. n. est consideratio alicuius naturæ absoluta, quæ consideratio eius secundum esse quod habet in singularibus: sed tertia consideratio naturæ, quæ est f. m. esse quod habet in intellectu, non semper habet eundem ordinem ad alias considerationes. Cōsideratio. n. naturæ secundum esse quod hēt in intellectu, qui accipit a rebus, sequitur utraq̄ue aliarum considerationum. Hoc. n. ordine scibile præcedit sciam, & sensibile sensum, sicut & mouens motum, & causa causatum: sed cōsideratio naturæ f. m. esse quod habet in intellectu causante rem, præcedit alias duas cōsiderationes. Cum. n. intellectus artificis adinuenit aliquam formam artificiatam, ipsa natura, seu forma artificiatam in se considerata, est posterior intellectu artificis, & p̄ consequens etiā area sensibilib, quæ talem formā, Quodlib. S. Tho. G 4 uel